

Universitätsbibliothek Wuppertal

Ivstiniani Avgvsti Historia

Procopius <Caesariensis>

Lugduni, 1594

Procopii elogium

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-147](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-147)

PROCOPII ELOGIVM,

Ex Suida.

PROCOPIVS, vir illustris, oriundus e
Caesarea Palestina, Orator & Pro-
fessor, scripsit historiam Romanam,
hoc est bella per Belisarium ad urbem
Romam, & in Africa gesta. Iustini-
miani principis temporibus vixit, &
Belisary notarius atque comes, in omnibus qua accidere
bellis & negotijs fuit, quorum ab ipso litteris prodita me-
moriam est. Scripsit & alium librum, qui quod res prius ab
ipso non editas complecteretur, Anecdotorum titulum
tulit, quo fit, ut libri sint omnino Procopiani noui. At-
que hic liber, qui Anecdota vocatur, reprehensiones &
comicas insectationes Iustimiani principis, eiusque coniu-
gis Theodora, ac praeter hos tam ipsius Belisary, quam
uxoris eius, continet.

EX I. BODINO.

Procopius ornamenta historiarum & Graeci sermo-
nis puritatem aut nescisse, aut neglexisse videtur: sed
quae ad historiam pertinent singula commemorat, ac res
quaque leuissimas magno studio consecratur. Et quoniam
in rebus gerendis perpetuus Belisary comes, ac totius pu-
blici consilij particeps fuit, saepius etiam pro republica le-
gationes obiit, denique mediocriter est à doctrina informa-
tus, ut non dubitem illum inter selectos recensere. Cum
vero sine ulla epistolarum, decretorum, fidei, concionum vario
dicere, ac stilo describit, magnum verissimi scri-
ptoris argumentum: nisi quod suum Belisarium sa-
piens

pius quàm decuit, & ineptis plerumque laudibus oneravit: ineptius quoque eadem Constantiani, qui apud Iustinianum stabuli magistrum egit, Belisarii iussu perpetrata ita excusavit, ut in fatis esse diceret, Constantianum sic mori debuisse, ridiculas quoque xxx. porcorum & statua Theoderici cōiecturas eximo; quòdque Thulen decies Britannia maiorem facit, que tamen altero tantò minor est. sed illud fidem omnium superat; cineres Vesuvij montis, qui citra Neapolim situs est, Bizantium usque vento delatos, ac populum ita exterritum, ut annuis supplicationibus Deum placaret. quæ prodigia sapiunt gratam vanitatem, & historicis non modo prophanis, verum etiam ecclesiasticis fidem saepe derogarunt.

EX D. CHYTRAE O.

Procopius in vrbe Palestina Casarea natus, & apud Belisarium summum ducem Iustiniani Imperatoris, Cancellarius, & omnium illius bellorum comes, & consiliorum socius fuit. Is bella cum Persis, Vandalis, Gothis, Iustiniani auspiciis, à Belisario gesta, quibus ipse interfuit, septem libris exposuit. Quibus ut lucus aliquid accedat, in breui tabella seriem rerum à Procopio descriptarum proponam.

- Anno Christi
412. Arcadius Imp. moriens, tutorem filio Theodosio adiungit Isidigertem Persarum regem, lib. 1. de bello Persico. Ab eo tempore Procopius continuam Persicarum rerum seriem vsque ad Iustiniani tempora pertexit.
414. Gothi, Alarico duce, Romam capiunt.
433. Vandali, à Bonifacio accersiti, duce Genferico, sedes in Africa ponunt.
436. Genfericus Carthaginem cepit.
455. Attila Hunnorum rex ab Actio ad Tolosam victus est.
459. Roma à Genferico Vandalorum rege capta.
475. Genfericus moritur. Huius successores vsque ad Gili-merum recitat Procopius lib. 3.
494. Theodoricus Veronēsis, Gothorum rex in Italia, Odoacrum Ragium vincit, & regnum Italię annos 33. obtinet.
527. Moritur anno Christi 527. succedit Amalafuenta filia, cum Adelerico nepote, quę se & filium Iustiniano Imp. commendauit.
- Anno Christi
528. 1. Iustinianus Imperator. Belisarium & Hermogenem duces in Armeniam aduersus Persas mittit.
530. 3. Codex constitutionum Iuris seu rescriptorum principalium à Iustiniano editus Cal. Maij, qui hodie non amplius extat.
531. 4. Iustinianus mandat Triboniano, vt omne ius Romanum, ex veterum prudentum libris, iuxta ordinem Edicti perpetui, à Saluio Iuliano olim collecti, in vnum corpus digerat.
532. 5. Belisarius à Persis ad Euphratem victus est. post prælium inducię factę sunt.
533. 6. Cabades Persarum Rex moritur.
534. 7. Bellum Vandilicum in Africa per Belisarium confectum, & GILIMER captus est. Cosroes Persarum rex cum Iustiniano Imperatore pacem 110. annorum sancit.
- Institutiones iuris Civilis editę & confirmatę 11. Calend. Decemb. quę est 21. Nouembris.
- Pandectę iuris civilis Romanorum editę 17. Cal. Ianuarij, quę est 16. Decembris.
535. 8. Codex ex repetita prælectione.
536. 9. Bellum Gothicum cepit, quod 18. annos durauit. Belisarius Sicilian à Gothis occupatam recepit: Constantinus Dalmatiam & Liburniam Gothis eripuit.
537. 10. Neapolis à Belisario capta. Vitiges Gothorum rex à Francis auxilia petit. Ea occasione de

fione de Francorum origine, regibus, ac rebus gestis, multa intexit.

11 Romam anno 60. postquam ab Odoacro capta erat Belisarius recipit. Hanc Vitiges rursus obsidet integrum annum. 538.

12 Merulorum auxilia Belisario ab Imperatore mittuntur. 539.

Fames horrenda per totam Italiam grassatur.

13. Belisarius Rauennam obsesam occupat & Vitigem Gothorum regem capit. Gothos trans Padum pellit. 540.

14. Cosroes Persarum rex rupta pace bellum instaurat, & Antiochiam occupat. 541.

Belisarii triumphus de Gothis, & expeditio in Persas.

15. 16. Totilas Rex Gothorum vincit Romanos ad Fauentiam, & Neapolim recipit. 542.

17. Totilas urbem Romam obsidet. 543.

18. Belisarius ad bellum Gothicum in Italiam remissus. 544.

19. Totilas urbem Romam capit, & Pelagij presbyteri intercessione adductus, multitudini clementer parcat. 545.

20. Belisarius urbem vacuam & dirutam recipit. 546.

21. Iustinianus auxilia in Calabriam mittit, ad quæ profecturus Belisarius, ex vrbe Roma præsidio munita discedit. 547.

22. Theodora Iustiniani coniunx mortua. Belisarius Constantinopolim reuocatur. 548.

Longobardi, Heruli & Gepedes ad Danubium inter se belligerantur. 549.

23. Totilas urbem Romam secundò capit, & Siciliam occupat. 550.

24. Belisarius Orienti præfectus. 551.

25. Gothica classis Corcyram & Epiri littora vastat. tandem ad Anconam vincitur. 552.

Narses bello Gothico ab Imp. præfectus, ex Longobardis & aliis gentibus milites conscribit, & ingenti prælio Totilam & Gothos profligat, & urbem Romam recipit. Synodus V. vniuersalis Constantinopoli celebrata.

26. Victo Teia in Campania, finis bello Gothico impositus est. 553.